

Applausus votivus in
sacros magisterii
honores quos brabeutes
... m. Simon ...

Flachsenius, Olaus Johannis

1 Ic Fol. Okat.



National Library
of Sweden

APPLAUSUS VOTIVUS


In
Sacros Magisterii honores
Quos
Brabeutes

Plurimum Reverendus & Praeclarissimus

M. SIMON RAPPO
Log. & Met. Professor Ordinarius &c.

VIRIS JUVENIBUS

*Philosophia Candidatis meritissimis, circulo hocce in-
clusis, Insignia, Privilegia & Nomen Magistri,
Utpote*



die 27. Novembris Anno 1691. tribueret.





Dncipe mellifluos iterum mea tibia cantus
Lettigq; novos fac resonare modos
Fausta dies hodie non possum dicere quantum
Latificat vultus quos recreare iuvat;
Nunc etenim doctis meriti tribuuntur honores
Quos post insigni cum gravitate gerant.
Dida etiam nostris Pallas dominatur in oris.
Eximiosq; Helicon, monstrat adesse viros
Hinc modo producit tot lumina clara sophorum.
Illorum capiti laurea certa parans
Virtutum iusto qui condecorentur honore
Indolis erecte, signa venusta ferant
Clara Magistrorum quando ipsis nomina dantur
Quilibet applaudit, carmina lata sonans
Ipseq; promeritos vobis congrator honores
Plausibus & mecum patria tota canit:
Voluistis quoniam veterum monumenta fideles
Indeque sœvistis cultius ore loqui
Naturas rerum a falso discernere verum
Insignis vobis noscere cura fuit.
Et vobis claræ sunt cognita facta virorum
In quibus exemplis discere multa licet.
Quot cœlis niteant stellæ quot sidera Olympum
Exornent, Luna, Solis & unde labor.
Edocti, studiis junxistis sacra profanis
Et nostris lingvas quas oriens loquitur.

Hinc.



Hinc vobis surgit decus immortale per ævum
Et floret nomen claraque fama viget.
Carmina propterea plaudenibus edere musis
Deberem metricis cogere verba modis
Ast mea festivum carmen componere vena
Laudes & vestras rite sonare nequit.
En musa exultans, hilarisque est magnus Apollo
Castalidesque Dea carmina leta canunt.
Pieridumque chorus, Pimpleidum docta cætera
Hunc festum omnino vult celebrare diem,
Nam metam optatam contingunt plausibus, illi
Artes continuo qui excolere bonas.
Aonia his Pallas donat sua Laurea ferta
Et caput exornat; dat diadema novum.
Plaudite igitur studiosa cohors, clarisque Magistris
Commoda cuncta vove, carmina condenda.
Horum etenim antlato jam pensat Apollo Labores,
Cum Laurus nitidas cingit honore comas.
O lucem optatam, qua præmia digna Laboris
Pro merito vobis donat Apollo sacer.
Lator, & oblato gaudens congrator honores
Versibus his paucis fausta vovete volens.
Exaltata viris clarescit patria doctis
Hinc insigne trahit tempus in omne decus
Perpetuumque tenet multa inchoata laude nitorem
Et manet haud ullo desperitura die.
Finnia de doctis capit incrementa Camenis
Inque ornamentis crescit adaucta novis.
Ex hinc doctores passim creat atque magistros
Castalias gremio divite fundit opes.
Ipsi manet virtus operum pulcherrima merces
Qua celebres demum vos super astra furet

Ergo

Ergo decet vobis tantos ut grater honores
Cunctaque fausta simul pectore & ore precer,
Quo Regi, patria, vobisque bonisque placere
Possitis, variis & superesse modis
Vestraq; post cineres perduret fama perennis.
Sic vigilasse iuvat sic studuisse decet.
Concessos titulos & nomina clara Magistri
Prosperet Omnipotens qui regit astra Deus
Vidite felices vos clarum nomen adepti
Et vobis crescat majus ubique decus
Det Deus Omnipotens vitam, viresque ministret
Et vegetos sensus spiritus intus agat !!!
Vox mea raucescit deposcunt carmina finem
Faxit Cunctipotens, ut rata vota fiene.

Carmina pro tenui cecinit hæc fistula OLAE
FLACHSENI, musas qui colit Auraticas.

